

QUOD
PROFIDE
MORS FUGIENDA
NON SIT.

AUCTORE
THOMA MORO,

Dum in arce Londinensi detineretur,

ANNO
M D XXXIV.

[z] 2 QUOD



QVOD MORS PRO FIDE NON SIT FUGIENDA

VITA per offensam Dei servata, erit ei qui sic se servaverit odibilis. Nam qui sic vitam tuam servaveris, tunc postridie vitam tuam odio habebis, & dolebis vehementer mortem te non pertulisse pridie. Nam restare tibi mortem recordaberis, quæ qualis futura sit, nescis, neque quæm cito ventura. Et merito habes metuere, ne mortem sic dilatam sequaratur inferorum tormenta, ubi desiderabunt homines mori, & mors fugiet ab eis, quum eam mortem quam fugisti, secutura fuerint æterna cælorum gaudia. Quam stultum est vitando mortem temporaneam, incurtere in æternam, nec temporaneam vitare tamen, sed paulisper differre. Nam si in præsentiarum mortem vitaris, an perpetuo jam vixturus es? aut alio tempore sine pena moriturus? Imo continget tibi fortasse, quod diviti longam sibi vitam promittenti, Christus impendisse commemoarat: Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te. Cæterum hoc certè certum habes, quod & mortaliquando debes, & (quæ est humanæ vitæ brevitas) vivere diu non potes. Denique nec hoc opinor dubitas, quod cum fatalis morbus advenerit, & appetitus mortis molestia cœperit ingratulere, optabis te fuisse pridem pro animæ tua conservatione, quantumvis cruciabili morte, peremptum. Non est illud ergo tam desperate me tuendum tibi ne fiat, quod fuisse factum scis te paulo post exoptaturum. Qui patiuntur secundum voluntatem Dei, fideli Creatori commendant animas suas. Charissimi, nolite peregrinari in fervore, qui ad tentationem nobis fit, quasi novi aliquid nobis contingat: sed communicaentes Christi Passionibus gaudete, ut & in revelationem gloriæ ejus gaudeatis exultantes. Pudent bonos in bonis timidiiores esse, quam nati

sunt in malis. Audire siquidem latrones licet dicentes, ignavum esse eum, qui refugiat septembri voluptatem, ne post patiatur dimidiata horæ suspendium. Et Christianum hominem non pudeat, potius æternam vitam & felicitatem perdere, quam pati velit brevem mortem paulo citius, quam tamen scit se necessario passurum paulo serius, & nisi pœnitent, à morte temporalium ruiturum protinus in æternam, eamque plenam tormentis omni morte molestioribz. Si quis vel unum conspicere posset ex dæmodibus illis, qui magno numero nos expectant, ut in æternum crucient, omnes mortaliū hominum minas viuis terrore flocciferet. Et quanto magis floccifaceret, si vide re posset cœlos apertos, & Jesum stantem, sicut vidit beatus Stephanus? Adversarius vester dia bolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem devoret. Bernardus: Gratias ago magno illi Leoni de tribu Juda: rugite iste potest, mordere non potest. Quantumcunque minetur, non simus bestiæ, ut nos prostrernat vacans ille rugitus. Vere bestia est, veræ rationis expers, qui tam pusillanimes est, ut solo timore cedar, qui sola futuri laboris exaggeratione vixtus ante conflictum, non telo, sed tuba prostrernitur. Non dum resistitis usque ad sanguinem, ait strenuus ille dux, qui leonis hujus noverat vanum esse rugitum. Et alias: Resistite, inquit, diabolo, & fugiet à vobis: Resistite fortes in fide. Eos qui spe in Deum relicta, fugiunt ad huma num auxilium, perituros prædicti cum suo auxilio. Sic periiit Saul Rex, qui murmurans, impatiens, & desperans de Deo, quia non statim exauditus est, transtulit se ad consulendum Phitonissam, quum prius omnes Phitonissas

edicto publico jussisset
puniendas.

